

8  
De Adianto Vulgari siue Capilo ♀?

Plumier Pag: xxx —

Tot tantisque pollevere uirtutibus dicitur hec  
mirabilis planta ut ex Claviss. Raii Sententia  
panacea quedam esset et Medicamentum uniuersale  
ad omnium fere corporis partium sanitatem  
euendam et Morbos debellandos sola sufficiens si  
omnes uirtutes ei conueniant quas asserit Petrus  
Formius M. D. Mospeliensis in libro quod  
Gallice conscripserat publici Iuris fecit anno 1644  
quod cause est cur non possim non demirari:  
tantis expensis, tantis laboribus tantisque  
periculis The, Caffè, plurimamque alia Medicin-  
alia, apud exæras remotissimasque regiones  
conquiri cum ad uilis pretij tantarumque uirtu  
planta et nostra sit et apud nos adeo abundanter  
nascatur. De ualorè plantæ iudicabunt ij qui  
librum eiusdem Formij peruoluent, cuius hic partem  
referre (quia id uerus hic liber) publice utilitatis  
atque uoluptatis ergo me aliquot facerem duci;  
que quidem omnia non ex ipso libro, sed ex Historia  
generali Plantarum Claviss. Raii lib. iii cap. vi-  
pag.

= pag: 147. 148. desumpti. ubi primo sic habetur. folia  
et summitates huius plantae in usu Medicum veni-  
= iant; que quoad vires et virtutes attinet Sanguini-  
= ne purificat, humoresque in Massa eius coactos  
ad iustam temperiem reducit; preparat et purgat  
pituita, nec non bilem utramque acram et flauam.  
Humiditates superfluas dissipat, serososque humo-  
= res resoluit, et per transpirationem insensibilem  
amandat. sudores et urinam provocat, putredini  
potenter resistit unde in omne genus febribus  
simplicibus putridis, malignis, pestilentiis,  
continuis, intermittentiis felici cum successu  
exhibetur. Singularem et specificam proprietatem  
Capillis conducit, omnibusque illorum vitijs  
Medetur Alopecias sanat, fufures aliasque  
eorum sordes detergit, marcidis et decoloribus  
vigorem et nitorem conciliat defluentes conti-  
= neos varos densat et honorem capiti restituit,  
canitie denique arceat. Omnes cerebri facultates  
excitat humorem in illud decumbentium exci-  
= tus temperat et vitia corrigit. Spiritus an-  
= imales decurat, vapores calidos et biliosos com-  
= pescit, acres =

= acres acidos et narcoticos lenit. Proinde aduersus  
uigilias immoderatas affectus comatosos catarrhos,  
Epilepsiam phrenesim Maniam Melancoliam cephal-  
alalgiam contraque omnigenas intemperies et  
humores qui capitis accidunt, conducit. Visum  
acuit humores adentes aures colli aut faucium  
glandulas defluere solitos cohibet et dissipat.  
Odore seu halitu suo suauiter cor exhilarat et  
facultates vitales recreat, et corroborat. Pecto-  
ris vitia emendat, pulmones expurgat, humores  
crassos viscidos et tenaces asperae arterie can-  
alibus et bronchijs impactos incidit, et euacuat,  
eiusdem asperitates lenit, adeoque aduersus tussim  
respirationem difficilem asthma, peripneumonia,  
pleuritidem hemoptysim, syncopem, Lipothymiam,  
cardialgiam remedium est presentaneum. Eso-  
phagi et uentriculi fibras nimis laxas rest-  
ringit usque debitum tonum restituit. Exorem-  
entorum nauseam causantium colluuiem expurgat  
et auferre. Sibi extinguit, penetrat, humectat,  
et purgat leniter admodum et benigne uentriculum  
et intestina hepatis et lienis calore temperat, =

=temperat, eorumdem obstructiones quantumvis inu-  
=teratas reserat. Calculum renum et vesicę comminuit  
et urine meatus omnes aperit. Aduersus icterum et  
calores pallidos tunc antidotum est, tunc remedium.  
Partibus generationi inservientibus ingravis uti-  
=lis est et amica sterilitati opitulatur uteri im-  
=munditates expurgat secundinas educit mens-  
=trua ciet et tamē quod mirum est immoderatē coh-  
=ibet, fluorem album sistit et emendat. Sinecunij  
et nervosos generi comoda est, vapores halituo-  
=sos, qui ad musculorum capita coacervantur dis-  
=sipat, unde ad stupores, spasmos, pandiculat-  
=iones facit. Durities et excrementsa articul-  
=orum Ligamentis impacta emollit et resoluit.  
Hinc schiadio dolori et omnigena arthritidi  
Medetur. Utilis est etiam ad tumores quoscun-  
=que seu calidos siue frigidos, adematosos, et  
scirrhosos, phlegmones erysipelato, contra pl-  
=agas, ulcera, ossium fracturas et luxationes,  
omnia denique cutis vitia. Schroderus facult-  
=ates eius approbatas paucis complectitur.  
Pulmonum iniquis, verumque vitij Medetur =

- Medetur: hepatis et Lienis obstructions reserat:  
urinae et menses ciet. Dine potissimum formule  
Medicamentorum ex ea parandorum describuntur  
Syrupus scilicet, et potisana. Potisana autem sic  
paratur De summitatibus aut foliorum Adianti adhuc  
-uc viventium et recens collectorum tres circiter  
Manipulos. Infundatur supra cineres calidos  
per spatium unius noctis aut diei in duobus  
tribusve sextarijs aque fontane optime, eandem  
-emque si placet, leuiter bulliat: colatura uasi  
uitreo immixta pro potu ordinario in seruiet  
uel sola uel cum tantillo uini si tinctura satu-  
-ratiores desideras, herba ex aqua ne eximias,  
sed tandem relinquantur donec contabuerit deinde  
recentem infundas eosque continuando donec  
tinctura non amplius deponat. Potisana haec  
superfluas humiditates absumit, et per insen-  
-sibilem transpirationem eliminat: sudorem et  
urinae prouocat et omnia fere praestat quae  
de Adianto de super predicantur Akeritide au-  
-thor se posse affirmare complures paruulos  
infantes exsiccatos et seue consumptos febre-

= febre lenta ab obstructione Mesenterij orta  
huius usu sanitati pristinae restituisse.  
Syrupus autem sic paratur. ℞ Adiant. à sordib;  
diligenter mundati, et parvè incisi quantum suf-  
ficiat. Infunde in aqua calente duodecim horis  
in vase terreo vitreato oris stricti opercu-  
lato deinde semel ferventè colature lib. v  
inijcè Sacchari albisimi lib. quatuor clarif-  
icetur colesurque et percolato in Syrupum;  
qui quidem Syrupus pectoris inflammationes et  
tussim violentè sedat. obstructiones pulmonum  
reserat, et respirandi facultatem servat. ☉



